

ordinare: dummodo contra historiam minime peccetur. Carani tamen in anno Periodi Julianæ 3900. retinemus initium. His animadversis, velut præcipua istud existit, quam temerè Platonis Dipnosophista ille Grammaticus obstrapat; quod Periclem scripserit νεωσ, nuper obiisse, cum id Archelao regnante dicitur. Nam XVI. dumtaxat annorum intervallum est. quod recens fuit, si cum Miltiadis, Themistoclis, ac Cimonis morte conferatur. quorum novissimus iste XXXVI. annis circiter ante Archelauum mortuus erat.

CAPUT XL.

De initio Olympiadum, & primo anno Iphiti. Scaligeri doctrina tam in lib. v. de Emend. pag. 358. quam in Animadver. Euseb. & Isagog. Canon.

- I. LONGE ante Iphiti tempus Olympici agones instituti fuerunt. Primus eorum conditor Pelops fuit. tum instaurator Hercules. tertio ab Iphito restituti, & perpetua lege constituti sunt. Ab initio tamen, inquit Scaliger in Animad. pag. 65. & in Isag. Can. pag. 283. non per quadriennium celebrantur: sed quoties aureus Numerus erat XVI. adeoque post singulos cyclos Lunares, cum Novilunium incidebat in IX. Julii. Atque hoc demonstrativum esse idem ille pronunciat.
II. Postea collapsos agones Iphitis instauravit: sique deinceps stans annorum quatuor intervallis propagati sunt. Utebantur autem initio Græci veteres anno illo, qui CCCLIV. diebus constabat. sed ita ut exactis bienniis, alternis XXII. & XXIII. dies intercalarent, & pro secunda mensis nonam, aut octavam dicerent. quemadmodum in cavis tertiam pro secunda. Hinc Herodotus putavit annos omnes CCCLX. diebus constare, & singulis bienniis exactis mensem τετραετηριον intercalari. In quo puerriliter peccavit. Animadvertendum verò eas nationes, quæ Pentaeterica sacra celebrabant, anno usas esse, qui CCCLX. diebus evolvebatur; ita ut post IV. annos mensis unus dierum XXI. infereretur: ut Solinus indicat. Quæ verò Trietericis sacris utebantur, earum annus dierum fuit CCCLV. & alternis bienniis XXI. & XXII. dies inculcati sunt. Quæ Pentaeterica certamina peragebant, annum habuerunt dierum CCCLX. & post annos IV. dies XXI. intercalantur. Cum igitur XXI. dies intercalarentur, tempus illud cultu aliquo Trieterico signabant. cum autem XXI. infererent, hoc item tempus celebriore solemnitate notabant: Elidenfes Olympiade, Athenieses majoribus Quinquatribus. De Elidenfesibus tamen incertum est, utrum hac forma usi sint, & quando uti desierint. Nam postea XXX. dierum menses usurparunt: & quinto quoque anno ineunte, primus mensis incipiebat à Novilunio.
III. Græci primam putant Olympiadem, quam anno Periodi Julianæ 3938. Iphitis instauravit Julii XXI. Ab XVI. feriâ III. ejus Neomeniæ character 3, 3, 905. Julii IX. anno Judaico 2985. Inde obtinuit, ut Neomenia primi mensis Elidenfium, qui erat Macedonibus Hyperboreatus, nunquam promoveretur citra IX. Julii, obicem & terminum ei statuendo VIII. Julii, quem propterea vocabant τροπέ; θεομνάς.
IV. Hoc tempus lustrum à Latinis vocatur. Sed desito lustrum Olympiadicum, Julianum lustrum Olympiadem appellatur. quod aliquot exemplis ex Aufonio, & Socrate petitis adstruitur; quæ nos tum cum reserentur, exscribemus.

CAPUT XLI.

De veterum Olympiadum temporibus ante Iphitum, ex Pausania, & Eusebio, quibus Scaligeriana somnia discutiantur.

Pag. 154. AUCTOR est Pausanias in Eliacis primos omnium ludos Olympicos ad Hercule conditos fuisse, non illo tamen Hercule, qui Jovis, & Alcmenæ filius Poëtarum celebratur carminibus: sed ab antiquiore nomi-

nis ejusdem altero, qui unus ex Idæis Daçtulis fuit, quibus Rhea Jovem alendum commisit. Verba Pausania. Η Ερμύλης εν αρχαιον τω Εδαλο δεξα τον αρχωνα αγλατων περτω, & Ολυμπια δογμα θιαζε. Αφ ημερη εν τρεσ αιων καταρηνοιο αγλατων εν αιωνος η, & ο αδελφοι, περτω τον δεσποιν. De Hercule igitur Ideo fert opinio, primum hunc certaminis auctorem fuisse, & Olympiorum nomen indidisse. Quæ quidem quinto quoque anno celebrari jussit, quod eundem cum fratribus numerum explet. Subjicit in eo certamine Saturnum cum Jove congressum: tum Apollinem cum Mercurio. Postea Clymenus Cardis F. annis post Deucalionis Diluvium quinquaginta, ludos instauravit. Hinc Endymion Æthlii F. Exinde generationis unius interjecto spatio, Pelops omnium celebratissimos peregit in honorem Jovis. Post hunc Amythaon. Inde Pelias & Neleus. Tum Ageas. Item Hercules posterior expugnata Elide; quando & Iolaum coronavit. Secundum hunc Oxylius: à quo deinceps intermissos Iphitis renovavit. Hæc ferè Pausanias. Eusebius in Chronico bis præsertim ante Iphitum Olympia celebrata refert. Primum anno DCCXV. Acrisii anno XXI. Pelops, inquit, Peloponnesus renovavit: Olympiis quoque præfuit. Secundò ad annum DCCX. in Edit. Pontaci. Hercules agone Olympicum constituit: à quo usque ad primam Olympiadem supputantur anni CCCXXX. Scaliger in Animadv. ad annum DCCX. & in Isagog. Canon. loco citato, primum certamen à Pelope celebratum esse vult anno Eusebiano DCC. ut erat in codice Pauli Petavii Parisiensis Senatoris. Tempus porò fuisse XXI. Julii: quòd Novilunium incidere in IX. Julii anno 3998. Posterius autem ludicrum ab Hercule peractum affirmat anno Eusebiano DCCXV. annis V. tardius, quam Eusebius refert. Atqui pessimi exempli res est; pro ingenio ac libidine tua, qui ad opinionem tuam accommodes, auctorum immutare sententias. De priore quidem illo Eusebii loco, non valde pugnet, quin annus DCC. esse debeat. quemadmodum existat in duplici codice membranaceo Eusebiani Chronici sanè vetustissimo, qui est penes P. Sirmundum. Alter verò locus quid meruit, ut à Scaligero sola ex opinione, sine veterum suffragio librorum, contra mentem Scriptoris interperaretur? Nam si librorum auctoritas agitur, quamvis istiusmodi argumentationum, & conjecturarum quicquid demonstrationis & temporum characteres appellare, nescio quam prudentis iudicii sit. Denique non vanus modò conjector, sed sibi etiam, doctrinæque suæ contrarius est hac in parte Scaliger. Quæro enim qui veteres illi potuerint annum quemlibet XIX. ac novilunii in IX. Julii congruentis opportunitatem capere, sine cycli decemnovennalis scientia; quam primum omnium Metonem excogitasse Scaliger ipse non negat, annis post Olympiadem primam amplius recentis. Quinetiam alterum necesse est, ut in VIII. Julii νέτρον θεομνάς, & solstitium civile præfuit illi posuerint. Quod nihilo magis Scaliger conceditur. Atque ut de lunari primum cyclo videamus, satis opinor, in Scaligeriana doctrina contritum esse, veteres Græcos nullo alio cyclo ad parianda Solis & Lunæ ratiocinia usos esse, quam Octaeteride. Hæc nos in primo & secundo libro abundè discussimus. Antiquissimus enim, ut agnoscat Scaliger, orbis hic annorum existit, in quo Solem cum Luna congruere persuasum fuit. Quamobrem post annos VIII. novilunia ad eisdem reverti dies existimabant. de XIX. annis nulla, ne levis quidem adhuc erat nata suspicio. Quomodo igitur Pelops, & Hercules cyclum illum XVI. & annorum XIX. circulum observare potuerunt? Jam quod νέτρον, & solstitium æstivum in Julii VIII. hæsisse dicit, novilunium verò primum Julii IX. quantum habet absurditatis! Etenim νέτρον illa veterum, & solstitia, octavas asserit partes esse signorum. Ideò Pelopis & Herculis ævo Solis in Cancrum ingressus, sive Neomenia Carcinonis; competere debuit Kalendis ipsi Julii. Atqui id Iphiti sæculo demum accidit. Quippe anno quo prima Olympias inii, Karkinonos Neomenia Kalendis Julii commissa est; ut in hoc libro, & capite declarat. Ergo ante anni XXI. quando Pelops primum ludicrum edidit non Kalend. Julii, sed ejusdem mensis quinta circiter die congruebat. Unde & octava Carcinonos, sive νέτρον, XI. Julii tribuendum est. Equis Scaligeriana ista legens risum contineat? Nam quòd post Olympiadem primam deinceps νέτρον hæsisse docet in IX. Julii, et si est falsissimum, utcumque tamen hæc specie defenditur, quod prima Olympiacorum certaminum epocha, postquam semel occupata fuerat, perpetua lege & observatione sancta fuit. De Pelopis autem & Herculis sæculo quid fingi potest ejusmodi? aut qua ratione factum esse tuebatur, uti quingentis & amplius annis antequam octava Cancri pars ad Julii VIII. diem perveniret, in ea νέτρον & Solstitium sit à

certissimi. De quibus ad annum DCCX. sic exclamat. Sanè ha non sunt epula plebeiorum ingeniorum, & eorum, qui hodie misera chartas disperdunt fanaticis suis Chronographis. Quid, rogo, est in tota hac argumentatione non rationis manissimum? Anno quolibet vertente XIX. cyclo XV. quondam Olympia celebrantur. Unde habes? Nempe quia Pelops anno Periodi Julianæ 3398. eodem illo cyclo, ludos instituit. Quid tum? An de reliquis constat, sine quorum ad illos comparatione perit ariolo sua merces? Nihil minus. Nam sequentes ab Hercule celebrati sunt, anno Periodi Julianæ 3507. cyclo XI. ut est in Eusebii Chronico. Quod enim in annum 3512. arcentur II. Iudi, sola id Scaligeri divinatione, non ratione ulla, vel antiquorum suffragatione pervincitur. Demonstratio certis, veris, ac confessis innititur. Hic sola vaticinatio, & conjectura syllogismi caput ac robur continet: si mendosus videlicet Eusebii χαρακτες esse concedimus, & pro DCCX. anno, DCCXV. subrogari patimur. Quod nisi per nos licet, uti nullo jure condonari potest, vanissima est collectio. Sed reliqua porò videamus. Veteres, inquit in Isagog. Canon. lib. III. tradunt primum ludicrum Olympicum Jovi dicatum fuisse, nimirum à Pelope: secundum ab Hercule: tertium Herculi ab Iphito. Si tam utatum illud erat, uti cyclo XVI. quando in IX. Julii novilunium incidere, agones instaurarentur, oportebat & ab Iphito eodem cyclo celebrari. Atqui prima Iphiti Olympias convenit in cyclo V. Cur non Eusebiana illa duo loca recensuit, & in annos illos ludicra duo summovit, qui cyclo V. præditi sunt, quo majorem fucum faceret? Rursum dicam: istiusmodi argumentationum, & conjecturarum quicquid demonstrationis & temporum characteres appellare, nescio quam prudentis iudicii sit. Denique non vanus modò conjector, sed sibi etiam, doctrinæque suæ contrarius est hac in parte Scaliger. Quæro enim qui veteres illi potuerint annum quemlibet XIX. ac novilunii in IX. Julii congruentis opportunitatem capere, sine cycli decemnovennalis scientia; quam primum omnium Metonem excogitasse Scaliger ipse non negat, annis post Olympiadem primam amplius recentis. Quinetiam alterum necesse est, ut in VIII. Julii νέτρον θεομνάς, & solstitium civile præfuit illi posuerint. Quod nihilo magis Scaliger conceditur. Atque ut de lunari primum cyclo videamus, satis opinor, in Scaligeriana doctrina contritum esse, veteres Græcos nullo alio cyclo ad parianda Solis & Lunæ ratiocinia usos esse, quam Octaeteride. Hæc nos in primo & secundo libro abundè discussimus. Antiquissimus enim, ut agnoscat Scaliger, orbis hic annorum existit, in quo Solem cum Luna congruere persuasum fuit. Quamobrem post annos VIII. novilunia ad eisdem reverti dies existimabant. de XIX. annis nulla, ne levis quidem adhuc erat nata suspicio. Quomodo igitur Pelops, & Hercules cyclum illum XVI. & annorum XIX. circulum observare potuerunt? Jam quod νέτρον, & solstitium æstivum in Julii VIII. hæsisse dicit, novilunium verò primum Julii IX. quantum habet absurditatis! Etenim νέτρον illa veterum, & solstitia, octavas asserit partes esse signorum. Ideò Pelopis & Herculis ævo Solis in Cancrum ingressus, sive Neomenia Carcinonis; competere debuit Kalendis ipsi Julii. Atqui id Iphiti sæculo demum accidit. Quippe anno quo prima Olympias inii, Karkinonos Neomenia Kalendis Julii commissa est; ut in hoc libro, & capite declarat. Ergo ante anni XXI. quando Pelops primum ludicrum edidit non Kalend. Julii, sed ejusdem mensis quinta circiter die congruebat. Unde & octava Carcinonos, sive νέτρον, XI. Julii tribuendum est. Equis Scaligeriana ista legens risum contineat? Nam quòd post Olympiadem primam deinceps νέτρον hæsisse docet in IX. Julii, et si est falsissimum, utcumque tamen hæc specie defenditur, quod prima Olympiacorum certaminum epocha, postquam semel occupata fuerat, perpetua lege & observatione sancta fuit. De Pelopis autem & Herculis sæculo quid fingi potest ejusmodi? aut qua ratione factum esse tuebatur, uti quingentis & amplius annis antequam octava Cancri pars ad Julii VIII. diem perveniret, in ea νέτρον & Solstitium sit à

\* Cyprius Cateches. XII. pag. 262. Ολυμπιας δι παρ' Ελλας κλησιμα ε καρι τισααζε ηη εντηλεθου εβας, Αφ ηδη καρι περτασθη η Πελος θεομνα, οα η κατ' ετος τελαρ ηβη εντηλεθου ηβασ. Ρετασιος.

Pelope collocatum? Est enim, uti dixi, diei IX. Julii ad Solstitium designatio quingentis annis Pelopis ætate posterior. Ac nos ea sic disputamus, quasi reliqua, quibus doctrina ista fulcitur, vera sunt postulata Scaligeri; hoc est perinde ac si Iphiti sæculo Carcinonis Neomenia, sive Solstitium, & ingressus Solis in Cancrum in Kal. Jul. incidere. Quod quidem in hypothesi dumtaxat Alphonsini anni, & æquabilis Tropici verisimile est, quæ utrum per illud tempus congrueret nobis est incertum. Ex quo planum est, quod libro superiore pluribus agitatum est, quamvis cetera consentent, nihilominus incertam fallacemque adhuc illam esse doctrinam, quam demonstrativam appellare non est veritus.

CAPUT XLII.

De Anno Græcorum ad Olympiades accommodato: deque mense, ac die ludicri Olympici, & ejusdem epocha.

MULTIPLEX initio capitis hujus est errorum, ac facunda copia. Nam & pugnancia loquitur Scaliger, & quæ aliis in locis velut indubitata posuerat, contrariis opinionibus evertit.
\* Principio quod de anno Græco in libro I. traderat, deque Tetraeteridis dispositu, id hoc in loco labefactatur. Multum in eo quippe fudaverat, ut Græcorum menses omnes tricenariis constituisse diebus ostenderet, & appendices dies ad annos singulos accessisse duos. Ita cum in annis quatuor dies confluerent 1447. & cum anno lunari civilis quadraret; descenderent autem utrique ad Solarem & Julianam Tetraeteridem complendam dies XIV. (Est enim ista dierum 1461.) expectata sequenti Tetraeteride, mensum unum intercalatum fuisse. Ex hac Tetraeteridis, & Octaeteridis forma Periodus annorum sex & septuaginta contexitur, diebus constans 27759. in quibus Tetraeterides sunt XIX. Octaeterides VIII. totidemque menses intercalares civiles & tricenarii, ac præterea Tetraeteris superflua. Eiusmodi anni Tetraeteridos, ac Periodi descriptionem apud Græcos omnes observatam esse non solum toto libro I. ex instituto demonstrat; sed in reliquis, & ubique ferè eo velut principio, ac doctrinæ totius fundamentum nititur. Itaque capite de anno æquabili minore Græcorum pluribus argumentis & Scriptorum testimonio Gazam oppugnat, & Macrobius, ac Solinus; quòd lunarem Græcorum annum esse docuerant, contra & Herodoti, & Aristotelis, & antiquorum omnium consensum. Ipse autem menses illorum omnes tricenarios, annum dierum CCCX. fuisse perendit, cum accessione bidui; & hanc ipsam Tetraeteridem ac Periodum Græciæ populis omnibus sine ullo discrimine tribuit: Atheniensibus, cap. de Periodo Attica: Elidenfesibus Olympiorum præfidibus, cap. de Periodi Olymp. & sequentibus. Veluti de eadem Olympica Periodo loquens. Eamque Periodum non solum Atheniensis, sed & alia Græca nationes amplexa sunt. Antiquissima verò omnium Tetraeteridum est Olympica. Ideo Periodus Olympica ante omnes, & primo loco ponenda: præsertim cum relique omnes ab hac derivata sint. Tum pag. 39. de Olympica Periodo. Ita ut verissima hæc sit Periodus: ad quam cetera omnes Græciæ Periodi diræcta sunt tanquam ad certam regulam, &c. Sic Elidenfes Hierophantas ait inter octavam & nonum diem Julii in sua illa Tetraeteride diem intercalasse. Sed capite de Macedonica Periodo apertissimè Tetraeteridem ac Periodum illam universis Græcis assignat. Omnes, inquit, civitates Græciæ Periodum Olympiam ab initio amplexa sunt, religionis causâ, &c. Ergo & Macedonas ipsos, & Bithynos, & Pythios, & Thebanos, & Syracusanos, & Lacedæmonios, & Samios singillatim eodem anni ac Periodi typo usos esse confirmat. Quæ cum ita constanter, ac præclare disputasset, hoc demum in capite velut Ciræo poculo repente mutatus novam quamdam, & contrariam annirationem Græciæ populis affingit. Veteres ait Græcos, cum scirent annum lunarem CCCLV. dierum numero constare,

Pag. 40. Pag. 36. Pag. 37. Scilicet doctine constans, Scilicet doctine constans.

EX  
HEMETH  
E

DE DOCTRINA TEMPORUM,

constare, ut eum cum Sole conciliarent, bienniis quibusque confectis, alternis xxii. & xxiiii. dies intercalasse, & in cavis mensibus tertiam pro secunda numerasse, ut singulis mensibus sua *regenda* esset. Ea re deceptum cenet Herodotum existimasse Græcorum menses omnes triginta dies habuisse, cum plerique xxix. tantum auferrent. Et quamvis paullo post id aliquot dumtaxat Græciæ populis tribuere videatur, cum ita scribit: *Quod igitur annus aliquot Græcorum prisorum cccclv. diebus constaret, & singulis bienniis exactis xxii. dies intercalarentur, &c. nihilominus æque atque uniuersè loquitur, & cum omnes Græciæ ciuitates ab initio Periodum Olympicum amplectas esse, lib. i. scripserit, nullam omnino relinquit, cui nova ista Triæteridon forma competat. Est verò manifesta insuper pugna secum ac dissentio Scaligeri. Qui cum sibi illud objecisset; non videri alternis bienniis veteres Græcos xxii. vel xxiii. dies intercalasse, quoniam Solinus xxi. tantummodò interfectos fuisse narrat; ex quo sequitur, annum Græcorum cccclx. dierum fuisse, & sine anni quarti xxi. dies succiendæ epochæ adici: ita demum respondet: *id esse verum, & locum habere in iis nationibus, quæ Pentæterica sacra instaurabant: non in iis quæ Triæterica tantum habebant, in quibus necessarîo annus erat dierum cccclv. & alternis xxii. & xxiiii. dies intercalabant. post quam intercalationem instaurabatur solenne Triætericum. Habemus igitur ex iis Scaligeri verbis, nationes illas Græciæ dumtaxat, quæ Triætericis sacris solis funderentur, annum illum novum adhibuisse dierum cccclv. & alternis bienniis xxii. ac xxiii. dies intercalasse: reliquas verò, quæ Pentæterica festa, post annos videlicet exactos iv. instaurabant, annum habuisse dierum cccclx. & intercalarem mensum quarto quoque vertente anno dierum xxi. addidisse. Atqui in proximè consequentibus verbis aliud docet: nimirum hos ipsos populos, quibus Pentæterici erant agones, xxii. dies & xxiiii. intercalasse. *Cum igitur, inquit, xxii. intercalabantur, tempus illud aliquo insigni cultu signabant, quod vocabant Triætericum. Cum autem xxiiii. dies intercalati essent, hoc item tempus celebriori solenni notabant ut Elidenfes Olympiades, Phocenses Pythiades, Athenienses majusculis Quinquatribus; item majusculis Mysteriis. Habebant enim & minuscula μυστήρια. Ergo Elidenfes, Phocenses, Athenienses, & Pentætericos ludos agitabant, & menses alternis intercalabant xxii. & xxiiii. dierum. Proinde ex superiori doctrina annus illorum erat cccclv. dierum: & tamen ex alio capite, quod Pentætericos illos agones haberent, annus ipsis constabat diebus cccclx. cum intercalario dierum xxi. Mox de Elidenfesibus dubitat, utrum aliquando anni genus illud usurpauerint, aut, si usurpauerint interdum, quandam ejus usum deseruerint. Hæc Pentætericorum certaminum exempla & nominatim Olympiadem, Pythiorum, ac Mysteriorum, argumento sunt non solum ante Olympiadicis instauratos ab Iphito ludos, sed etiam post ipsorum primordia, idem anni schema ex diebus cccclv. & intercalariis xxi. alternis & xxiiii. receptum & adscitum fuisse ex hac Scaligeri posteriore sententia. Imò verò & Herodoti adhuc ævo retentum inde concluditur, quod ei Scriptori annum illum fraudi fuisse defendat. Hoc ideo dixerim, ne quis ita Scaligerum excuset; ut posteriorem hanc anni speciem dierum cccclv. præcisè illis Græciæ temporibus ante institutas Olympiades contigisse censeat; alteram verò libro primo declaratam post instauratos ab Iphito ludos exortam. Sed ea tergiversatio cum iis, quas proximè proposui, rationibus evertitur: tum eo sanè, quòd in lib. i. & alibi passim annum Græcum vetustissimis sæculis, & ante conditas Olympiadas ad eam formam descriptum asserat, quam primo libro tradit. Quod ad Herodotum, & Solinum attinet, duplex itidem à Scaligero commissus est error. Quorum prior de Herodoto in sine lib. i. à nobis refutatus est. ubi illud ostendimus quo sensu scripserit Herodotus, Græcorum menses tricenarios omnes fuisse, & tamen alternis quibusque bienniis mensum unum intercalatum. Quod ex Gemini auctoritate longè aliter interpretati sumus, quam Scaligeri vana & ridicula conjectura ferat; qua nihil absurdius excogitari potest. In Solino haud minus falsitatis tenetur, quem ait Græcos dixisse solitos intercalare non xxii. alternis ac xxiiii. dies, sed tantum xxi. De quo verbum quod sciam nullum apud eum Scriptorem legitur. Nam cap. ii. de anno Græcorum & Romanorum differens, de Græco***

pag. 359

Herodotus & Solinus à Scaligeri calumnia vindicantur.

ita loquitur, quem lunarem esse docuerat: *Græci ergo singulis anni xi. dies, & quadrantem detrahant, & sique octies multiplicatos in annum novum referant, ut contractus nonagenarius numerus in tres menses per trices dies scinderetur.* Fallo itaque Solino tribuit; mensum illum intercalarem dierum unius, & viginti, quod nefando quidem est auditum umquam. Annum Olympiadis primæ, sive instauratæ ab Iphito Panegyris Olympicæ rectè à Scaligero ponitur Julianæ Periodi 3938. quod postea confirmabitur. Sed idem in mensis ac dierum Kaldine designando, somniis suis, ac divinationibus indulget. Scaligerianæ quippe doctrinæ arx & caput illud est: Veteres solstitium civile in viii. die Julii pertinacissimè retinuisse. Neque enim *ἡμετέρας* apud Græcos scriptores, Aristotelem, Theophrastum, & ceteros, solstitia vera, & ἀληθῆ significare, sive ingressus Solis in puncta dodecatemorii Cancri, vel Capricorni; sed octavum ab illo diem: quod & alibi passim, & libro iii. Ilagog. Canon. pagin. 285. cap. vii. docet. Quoniam igitur Iphiti sæculo Carcinonis Neomenia circa Kalendas Julias incidebat, ideo octavus ab illis dies solstitio civili dicebatur est: idque consequentibus annis obtinuit: tametsi ob *ἡμετέρας* solarem longius ab illo die Carcinonis Neomenia retrocessisset. Ex eo factum putat, ut tam lunaris, quam civilis & æquabilis anni primus mensis nunquam citra ix. Julii cœperit: sed citra utrobique Neomenia in ix. Julii post *ἡμετέρας* *ἡμετέρας*, remotissima vii. Augusti contigerit. Hinc Olympiade prima inuente, Neomenia tam lunaris, quam civilis mensis incurrit in ix. Julii. Ludicrum ergo celebratum est Plenilunio, hoc est xxiiii. Julii. Hæc Scaligeri vaticinatio in lib. i. ad unguem excussa, ac planè refutata est, unà cum anni Græci commentitia structura. Nam quòd solstitium civile in octava signorum parte positum per illud tempus existimat: nec usquequaque verum est; & ut gratis concedatur, absurdum est eundem diem perpetuò retentum à posteris; præsertim post Metonem, & Calippum, qui solstitium alio die deprehenderunt. Præterea nondum illud convenit, an ingressus Solis in Cancrum Iphiti ævo circa Kal. Jul. acciderit. Quocirca si quis inficietur Carcinonis Neomeniam ex Alphonfino calculo depromptam sæculo illi congruere, Scaligerianam pompam omnem discutiet. Alterum deinde nihil certius est, utrum lunaris anni primus mensis nunquam citra cardinem æstivi solstitii cœperit; an potius ad plenilunium maximè respexerint antiqui: ut quod solstitio vicinius esset, id primi mensis haberetur, sive præcederet epocham, sive sequeretur, quemadmodum Judæi veteres primum mensum, vel Nisan instituerunt. Imò posterius hoc altero probabilius esse demonstravimus lib. i. ubi de mensibus Atticis, atque Græci cardine disputatum est. Adde Iphiti temporibus nondum exordium anni in æstivo solstitio constitutum, ut vel ipse Scaliger opinatur; sed in bruma, in quod tempus embolimi menses conjecti sunt. Qua ratione factum est, ut Hecatombeonis Neomenia saltem in iis annis, qui proximè intercalares antecedunt, solstitium sapius anteverterit. Hæc omnia cujusmodi apud antiquos fuerint, nemini pro certo compertum esse potest: & tamen sic quasi apud omnes rata, & in confesso posita sint, tamquam principia methodi suæ, & *ἡ δὲ εὐλογικὴ πρῶτος ἰσότης*, adhibentur à Scaligero. Atqui magnam falsissimè illius doctrinæ partem plerisque non scætorum modò suorum, sed & aliorum penitus persuasit: qui quidem & de anno Græco idem quod ille sentiunt, & Olympicorum certaminum epochas iisdem diebus assignant. Quos omnes, si hæc nostra patienter legerint, non dubito quin erroris pœniteat, & auctoris sui vanitate damnata, certiorum antiquorum temporum scientiam aliunde conquirant. Quamobrem quod ad primum Iphiti ludicrum attinet; esto, illud circa Julii xxiiii. celebratum sit; quoniam novilunium primi mensis ix. mensis ejusdem inii. De reliquis tamen Olympiadiibus falsa est opinio Scaligeri tam longè ab æstivo epocha solstitij ludos istos, & primi mensis Neomeniam impunè remouentis, ac præsertim in Augustum relegantis. Quod ego secus institutum arbitror. Unde Periodi Olympicæ, & Atticæ Diagramma, cujus ad typum Olympicas celebritates & Atticæ exigit lib. i. frivolum & otiosum est. Frustrâ in eo secundæ Olympiadis mensis inijsse fingitur xxiv. Julii. Qui

LIBER NONUS, CAP. XLIII.

Qui potius, quàm xxiv. Julii? Est enim novilunium hoc solstitio propinquius? Idem & de iv. vi. viii. & ix. judicium est; & ut uniuersè dicam, de omnibus illis mensibus primis, qui longius ab solstitio distant.

CAPUT XLIII.

Expēditur de lustro Olympicō conjectatio Scaligeri. Demonstratur nunquam Julianum quadriennium pro Olympiade sumptum. Aufonius explicatur. Socratis itidem loca varia.

Lustrum propriè Romanorum est, & quinque annos complectitur. Nonnumquam tamen quadriennium Olympicum quinqueannis lustris appellatione censetur; ut ab Ovidio versibus iis, quos laudat Scaliger:

In Scythia nobis quinqueannis Olympias acta est.  
Jam tempus lustris tranfit in alterius.  
Et alibi.  
Postque meos ortus Pisea vincit oliva  
Abfulerat decies præmia victor equæ.

ubi quinquaginta annos circumferri putat. Sed quod idem subjicit: post desitum ludicrum Olympicum, lustrum Julianum in Olympiadicis successisse vocabulum: hoc verò sine auctoritate, sine judicio commentus est. Quis fando illud umquam auditi? quis alieni legit; centesimam verbi gratiâ, vel ducentesimam Olympiadem pro centesimo, vel ducentesimo lustro, sive quadriennio Juliano sumi? Quis ita locutus est? Aliud enim est cum Olympiade, lustris Romani; aut cum lustro Romano, Olympiadicis nomen aliquando commutari. Olympiades verò cum numerantur, de Julianis lustris, & quadrienniis accipi debere; hoc verò ridiculum, & à Scaligero confictum est. At enim nonnulla profert testimonia, quibus hoc persuadeat. Non aliunde lector eruditus hominis istius *ἀνεπίστατον* plenius agnovit, quàm ex iis exemplis, quibus ad commenti novi probationem abutitur. Primus locus ex Aufonio sumitur; qui ita cecinit Epigram. iii. de Fastis suis.

Mille annos, centumque & bis fluxisse novenos  
Consulis Aufonii vocem adusque legens.  
Fors erit, ut lustrum cum se cumulaverit istis,  
Confectam Proculus signet Olympiadem.

Aufonii Consulatus incidit in annum Christi cccxxxix. Indit. vii. auctore Marcellino Comite. Erat annus Cycli Solis xxiv. & proinde quartus lustris Juliani; quod quidem lustrum incipit semper ab anno bissextili. Nam & annus primus Julianus habuit litteras Dominicales CB. Præterea in magno Paschali, Confules à Bruno primo Coss. ad quem Julianum Justiniani per quadriennium digesti sunt; quod quadriennium primus semper est bissextilis. Quod lustrum vocet Olympiadem Aufonius, hoc verò novum non est: sed potius quòd lustrum Julianum illi dicitur Olympias: cum quadrienni ultimus annus, in quem incidit Consulatus Aufonii, sit quartus lustris Juliani. Hæc Scaliger, in quibus planè *parvè* tenetur. Nam quo argumento persuadet sibi Aufonium lustrum appellare quadriennium? Quid necesse est? Licet enim propriè hæc usurpare vocabula, ut quinquennale tempus significet. Cur, inquam, lustrum Julianum in iis verbis intelligit potius, quàm vetus, & quinquennale? Votum est Aufonii, ut post annos quinque, sive vertentes, sive inuente quinto, Proculus Consulatum obtineat; post annos videlicet à Consulatu suo quinque; nempe anno Christi cccxxxix. vel cccclxxxv. ita ut quinque anni, vel comprehenso anno Consulatus sui, qui est cccclxxxix. vel excluso, numerentur ad alterum illorum duorum. Porro Fastos suos edidit Aufonius anno aliquo, qui inter cccclxxxix. & eum, in quem Proculo Consulatum optabat, interjectus est; cum jam Consules in annum proximè antecedentem designati forent. Quare Consulatum eidem auguratur in annum putat cccclxxxv. quod à Kal. Januar. currebat annus quartus Olymp. cccx. & à solstitio proximo cœpit Olympias cccxi. Quid est igitur manifestum, quam sperare Postquam Consulatum Proculo in annum ultimum Olympiadis obventurum? Hoc enim verum

Part II.

ba ista significant; cum lustrum, id est quinquennium, ad annos cccclxxxix. accesserit, nempe post annum cccclxxxix. ultimo anno Olympiadis labente, & propè confecto Proculus Fastos suo nomine signabit. Hic germanus est sensus; à quo dum nimis argutus esse fudet, aberravit Scaliger. Nugacissima porro est & illa ratio: cum ait primum annum Julianum bissextilem fuisse: ideoque lustrum Julianum à bissextili incipere. Quid si enim negetur id de primo anno Juliano? quod atque probabiliter inficiari possit aliquis; ut alibi declaratum est. Nec minus ista futilis est; quod in magno Paschali per quadriennia Consulatus digesti sint. Quasi Paschale hoc viderit umquam, vel secutus sit Aufonius, quod Justiniani tempore primum edictum est. Denique si Romani lustrum Julianum tamquam Græci Olympiadas suas, numerare cœperunt; unde tandem initium sumperunt? An ab Urbe condita? an à primo Juliano? an ab eo tempore, quo desitum est Olympicum lustrum? quod Constantino Imperatore contigisse auctor est Onuphrius. Cum de iis nulla in omni vetustate memoria exisset; temeraria est conjectura, Julianum lustrum vice Olympiadum putari cœpisse.

Huic vanissima divinationi succedit alia nihilo probabilior. Constantinus, inquit, mortuus anno Christi cccxxxvii. die Pentecostes, anno quarto Iphitæ Olymp. cccxxxviii. duobus circiter mensibus ante initium cccxxxix. Socrates ait decessisse anno ii. Olymp. cccxxxviii. Proculdubio intelligit annum secundum lustrum Juliani. Erat enim Cyclus Solis x. secundum à bissexto. Ergo lustrum Julianum Socrates ab Iphiti sæculo computavit, quia ducentesimum septuagesimum octavum lustrum numeraret? An non facilius est lapsum esse Socratem arbitrari; qui & aliàs sæpè in supputandis Olympiadicis à communi sententia, & veritate discedit; quàm adeò perturbatam & insolentem numerandorum temporum rationem illi tribuere? Mortuus est autem revera Constantinus anno Christi cccxxxvii. labente adhuc Iphiti mxxii. sive quarto Olymp. cccxxxviii. ex quo Socrates, Socratisve librarius calligandus est.

Eodem modo corrigendus est idem Scriptor, dum Theodosium seniore decessisse narrat anno primo Olymp. cccxcv. Olybrius & Probino Coss. Januarii xvii. cum tamen laboretur adhuc tertius Olymp. cccxciii. Quis non videt vel errore, vel alia quadam de Olympiadum initio imbutum opinione Socratem, biennio, ut in exemplo priori, decessisse. Tametsi diversus is error est. Nam illic *ἡμετέρας* bienniis, secundum annum Olympiadis pro quarto posuit: hic *ἡμετέρας* totidem annorum, primum appellavit Olymp. cccxciv. qui tertius erat cccxciii. Proinde ridiculè Scaliger, & iste Olympiadem pro lustro Juliano accipi divinat; quoniam Cyclus Solis erat xiii. & bissextilis annus, nempe Christi cccxcvi. unde primus, ait, Olympiadis vocatur à Socrate.

Sequitur exemplum aliud: Socrates, inquit, auctor Lib. vii. est Arcadium decessisse anno Christi cccclxx. secundo Olympiadis cccclvii. Basilio, & Philippo Coss. Kalend. Maii. Atqui is annus quartus est Olymp. cccclv. Quare cum annum eundem esse dixit Socrates secundum Olympiadis, ad Julianum lustrum respexit. Erat enim Cyclus Solis xxvi. & ideo secundus lustris Juliani. Verum manifestus hic est Scaligeri paralogismus. Nam Arcadius anno Christi cccclvii. mortuus est. Quem in annum Consulatus Bassi & Philippi convenit; Indictione vi. ut testatur Marcellinus Comes. Igitur vana est observatio secundum annum lustris Juliani. Nam cadet obitus Arcadii in annum ii. Olympiadis cccclvi. non secundum. Socrates verò *ἡμετέρας* itidem, ut ante peccat, non biennii, sed triennii.

Quæ cum ita sint, falsissima est argumentatio Scaligeri, ex iis Socratis testimoniis quæ perperam intellectis, quæ temerè ad commentum suum accommodatis, illud, quod hæctenus inauditum erat affirmantis, Olympiadem apud illos Scriptores esse non solum spatium lustris Juliani, hoc est dierum 1461. sed etiam merum lustrum Julianum esse: cujus annus primus sit bissextilis, duplici littera Dominicali præditus. Quod insuper observatione altera confirmat libro quarto pluribus explicata; nimirum quòd Luciani tempore Hecatombeon, aut primus Elidenfes mensis merus Quintilis Julianus esset, & propterea intervallum Olympicum non, ut antea, vagum, sed stabile foret. Quam opinionem satis ad eundem illum locum

Item al-  
dem.

Item al-  
dem.

Lib. vi.  
cap. xxxi.

Error  
alios So-  
cratis.



EX  
HEMETH  
E

DE DOCTRINA TEMPORUM,

54 picionem erroris adduceret; aut de verborum ejus fide ac veritate dubitaret. Nemo ad hunc diem Chronologiam; Historiam; Annales attigit, quin eundem locum sibi vindicare, & ad mentem opinionemque suam applicare non studuerit. Quod mihi fingulare, & admirabile quoddam Dei providentia factum videtur; ut antiquissimorum memoria temporum, atque insignium epocharum tituli incolumes ad nos; & incorrupti hoc sequestre, ac fidei usque pervenirent: ut esset denique in historia, temporumque scientia certi & explorati aliquid; quod omnium consensu, & confessione constaret. Quare quod in ceteris artibus; ac doctrinis uluvenit; ut quod inter omnes eajusque scientia peritos convenit; id principii, ac postulati loco sit, licet alioquin ratione nulla demonstrari possit: hoc in Chronologica ista scientia multo concedi nobis aequius est, quae magna ex parte testimoniis, & auctoritatibus innititur. Quocirca magni Cenforini locus iste faciendus est; ex eoque praecipua illa temporum intervalia constituenda sunt. Quod ut efficere possimus, quoniam certum ad annum, quo nimirum commentarium illum exarabat, annorum concepta spatia direxit: primum hic ipse annus investigandus est; ut in eo velut communi termino consistamus. In quo quidem per commode accidit, ut a vero situ unius aut alterius ad summum anni discrimen removeretur, neque ulterius prorogari nisi absurdissime posset. Ostendemus hunc annum esse Christi cccxxviii. Ab eo qui recedunt, alii in anteriorem, id est cccxxviii, conjiciunt; alii in frequentem cccxxix, aut, ut longissime, in cxxi. Qui autem ultra metas istas summo veret, neque repertus est quicumque; neque id vero sine manifestissimo errore tentari potuisset. Etenim Neomenia Thoth illo anno in vii. Kal. Jul. incidit: quem in diem anno primum cccxxviii. migrare cepit; cum totis ante quatuor annis in vii. Kalend. stationem habuisset: ab eodem porro ad vii. Kalend. anno cccxi. transit. Ideo ultra aberrari nequit. Accedunt & Olympiadem anni: nec non Urbis, quos ex Varroniana auctoritate a se computari ibidem professus est. Qui quidem arceri longius annum istum minime patiuntur. Sed in primis Juliani hesitationem omnem excludunt, ac temeritati franos injiciunt; ex quibus, uti & ex ceteris, manifestum est, annum illum, quo Cenforinus scribebat, esse communis aere ducentessimam tricesimam octavam. Etenim Julianus primus omnium, qui Chronologorum nomen utcumque tulerit, constantissima opinione, cepit annis ante aerae Dionysianam quadraginta quinque: ita ut quadagesimus sextus Julianus sit aerae Christianae primus, cyclo Lunae II, Solis x. Idque variis Astronomorum observationibus, hoc est siderum conjunctionibus, deliquis; & aliis id genus, demonstrative concluditur, uti suo loco docebimus. Sed nec illi dissentient, quorum ex epilogis alioquin alius, quam qui a nobis ponitur, Cenforini annus colligitur. Nam Buntingus, qui annum Christi definit cccxxviii. Julianum annum xlvi. aerae vulgatae primum esse non dubitat. Copernicus item lib. III. Revol. cap. xix. annos Aegyptiacos xlv. dies xli. hoc est Julianos xlv. (quod & in Prutenicis Tabulis ex eodem exprimitur) numerat ab anno primo Juliano ad Christum; licet in annis Olymp. & Nabonassaris dissentiat. Quinciam Mercator, qui Cenforini annum aerae Christianae cccxxviii. computat, anno Juliano xlvi. Christi primum assignat. Quamobrem cum annus a Cenforino designatus sit Julianus ducentessimus octogesimus tertius ex Kal. Jan. si annos quadraginta quinque, qui Christianam aerae antecesserunt, detraxeris, relinquuntur anni cccxxviii. Idem ex Olympiadicis, sive Iphiteis efficitur. Demonstratum enim est annum primum Iphiti cadere in annum Per. Jul. 3938. Undemillefimus decimus quartus iniiit a diebus aetivis anni Per. Jul. 4951. quod verum esse comperis, si anno 3937. addideris 1014. Est autem annus Per. Jul. 4951. aerae Christianae ducentessimus tricesimus octavus. Adde annos Urbis Varronianos, quorum primus incidit in annum Per. Jul. 3961. quod postea probabitur. Ergo nonagesimus nonagesimus primus cepit ex Parilibus anni Per. Jul. 4951. sive Christi 238. Nec minus ex annis Nabonassaris istud evincitur, quorum nonagesimus octogesimus sextus iniiit anno eodem Per. Jul. 4951. quod postea persuadetur. Ita sine ambiguitate ulla Cenforinus ista commentabatur

anno Christi cccxxviii. cyclo Solis xxiiii. littera G. Lunae xi. Ex quo sequitur annum primum Olympiadis cepisse cyclo Solis xvi. Lunae v. hoc est anno Per. Jul. 3938. Julianum vero primum cyclo Solis xxxi. hoc est Per. Jul. 4669. Cujusmodi Julianorum annorum ratio; & ad aerae Dionysianam comparatio caelestibus observationibus innumeris affirmatur; velut eclipsis, quae anno v. Claudii; Neronis item vii: tum Domitiani xlii. contigerunt. Item aliis phenomenis; quae partim ex Romana historia, partim & Ptolemaeo petuntur: de quibus sparsim, ac suis locis mentionem faciemus. Quod autem in Annalibus Ecclesiasticis annus ille Cenforini numeratur aerae Christianae ducentessimus quadagesimus, ab Onufrio vero ducentessimus tricesimus nonus, id est amborum cccxxviii, falsaque annorum Christi Dionysianorum ad Consulatus Romanos, & Olympiadas accommodatae factum est; quam satis superque in Animadver. ad Epiphanium discussimus; & hoc ipso in Opere postea retractabimus.

CAPUT XLVI

De Copernici, Joannis Lucidi, ac recentiorum quorundam erroribus in putandis Olympiadicis: tum Eusebii ratiociniis.

Hae c satis esse possunt ad nobilissimorum Mathematicorum hallucinationem, errorumque caligandam, qui Olympiadem primum uno anno tardius, quam par erat, deflexerunt, cyclo Lunae vi. & anno Per. Jul. 3939. Cujus opinionis auctor Mathematicis reliquis fuisse videtur Nicolaus Copernicus, & qui Prutenicas ex ejus doctrina Tabulas scripsit, Erasmus Rheindus; quorum vestigiis Gerardus Mercator inhaesit. Copernicus quidem lib. III. Revol. cap. xi. a prima Iphiti Olympiade ad secundum Antonini, quo Ptolemaeus stellarum loca a se observata descripsit, annos numerat Aegyptiacos dcccxxviii. dies ci. Quippe ab Olymp. prima ad primum Thoth Nabonassaris annus putat Aegyptiacos xxviii. dies cxxviii. Hinc ad Alexandri obitum, annos ccccxxiv. Fiunt ab Iphiti Olympiade ad Alexandri mortem anni Aegyptiaci ccccxi. dies cxxviii. Hinc ad initium annorum Julianorum annos numerat cclxxviii. dies cxviii. Colliguntur a prima Olympiade ad annum primum Julianum, qui ab nocte media cepit, anni aequales dcccxx. horae xii. Hinc ad annos Aetiaci victoriae Aegyptiacos, anni aequales xv. dies cxxli. ad meridiem videlicet Thoth Aetiaci. Ergo a prima Olympiade ad meridiem primi Thoth Aetiaci, anni confurgunt dcccxl. dies cxxviii. Hinc ad aerae Christi, anni xxxix. dies cxxv. Fiunt ab Olympiade I. ad aerae vulgatae anni dcccxxv. dies xii. Hinc denique ad annum secundum Antonini anni sunt cccxxviii. dies lxxxix. Confurgunt anni a prima Olymp. ad II. Antonini, dcccxxviii. dies ci. A meridie primi Hecatombaeonis lunaris Iphiti ex Copernici sententia, qui iniiit Junii xxviii. (Novilunium quippe medium ex Ptolemaicis Tabulis in meridiano Alexandrino commissum est Junii xxviii. horis 6, s. a media nocte, feria vii. anno Per. Jul. 3939) ad mediam noctem anni primi Kal. Jan. aerae Christianae, numerantur anni Aegyptiaci dcccxxv. dies xv. Si enim a meridie xxviii. Junii, unde Astronomi diem ordiuntur, ad mediam noctem ante diem Calendarum Jan. anni primi Dionysiani computes, invenies praesice Julianos annos dcccxxiv. dies cxxxv. qui in totidem, quot dixi, aequales retentuntur. Verum Copernicus non ab Hecatombaeonis lunaris Neomenia; sed a Kal. Julii, fixo & immobili principio, Olympiadicorum annorum epilogosim deducit, uti lib. III. cap. xix. aperte docet. Natus est; inquit, Christi Olympiade cxxv. anno tertio: quae colligitur ab initio Olympiadum annos dcccxxv. dies xii. S. ad mediam noctem ante Kal. Jan. a meridie primi diei Hecatombaeonis, cujus dies nunc antecessarius est in Kal. Julii, secundum annos Romanos. Et quidem a meridie, quae Kal. Julias proximae praecessit anno Periodi Julianae 3939. ad mediam noctem primi anni Christianae aerae, anni sunt aequales dcccxxv. dies xii. Juliani dcccxxiv. dies cxxxv. Nec plures pag. 115 Copernicus enumeravit. Unde falso Cappellus asserit ad annum 3224. Nicolaum Copernicum libro III. capit.

Copernici referunt.

Eusebii sententia.

LIBER NONUS, CAP. XLVI.

capite xi. a prima Olympiade putare supra septingentos septuaginta quatuor annos Julianos, dies cxxxviii. Quod nunquam ille scripsit. & a Kalendis Julii, non a Novilunio calculus iniiit. Hoc vero ad hypothesein Alphonsinam, & ad anni aequabiles Tropici rationem non incommode factum videtur: secundum quam Solstitium aetivum medium convenit in Kal. Jul. Quare aequum est inde Jul. annos Olympiadicos procedere: praesertim cum ex doctrina praecessionis aequinoctiorum, & anomaliae Periodo in idem tempus circiter competat. Contigit enim aequinoctium ex Prutenicis Tabulis anno Per. Jul. 3939. Kal. Julii hora 6. circiter.

Verum hoc in Olympiadem primordio plurimum deceptum esse Copernicum, & qui duces illum secuti sunt, Leontoplanum jam esse confidimus. Nos igitur epocham istam in anno figimus Per. Jul. 3938. quo lunae Hecatombaeon incidit in diem Julii vii. 19, 2. hoc est ix. diem. Cujus a media nocte ad mediam noctem ante Kalendas Jan. aerae Dionysianae, anni sunt Juliani praesice dcccxxv. dies cxxxv. qui sunt Aegyptiaci anni dcccxxvi. dies xii. Frustra est Cappellus, qui Novilunium Hecatombaeonis lunaris eodem anno confert in vii. Julii. Manifeste quippe Tabula post meridiem octavi diei medium Novilunium designant. Judaicus ecce calculus Neomeniam Ab reddidit feria tertia. cujus character 3, 3, 905. Julii ix, cyclo Solis xviii. lit. F. Iniidem porro ceterorum Chronologias & Annales emendare licet, qui contempta caelestium observationum methodo, cyclorumque doctrina; solam annorum aequalitatem ac seriem persequuntur. in qua velut quoddam Chrypsippi fati catena alios ex aliis deducunt. Cum autem in aera Christiana constituenda ex inveterata jam labe uno aut duobus anni aberrent, totidem in Olympiadem initio annorum metachronismum imprudenter colligunt. Vel unius exemplo Toriellii cautiore esse possumus. Hic annum Natalis Domini vulgare ab orbe condito numerat 4051. Olympiadem primam conjicit in annum mundi 3278. Igitur intervallum a Solstitio aetivo anni 3278. ad Kal. Jan. anni 4052. anni sunt 774. menses 6. Biennio itaque abest a vera epocha, cujusque 3278. annus cadit in Per. Jul. annum 3940. cyclo 7. Alius a Toriello perparum distans, Natalem communem anno mundi 4052. tribuit; Olympiadem eodem, quo Toriellus statuit. Et is uno anno peccat. Nam a Solstitio anni 3278. ad exeuntem annum 4052. anni sunt 774. menses 6. Hujus Olympias prima cadit in annum Per. Jul. 3939. cyclo vi. quae est Copernici, & Mercatoris sententia. Item alius natum ponit anno mundi 4001. Christum; Olympiadem vero anno mundi 3228. Biennio & ille falsus est. Congruit enim hujus Iphiti primus in annum Per. Jul. 3940. Eusebium Olympiadem primam confert in annum secundum Aeschylum Atheniensis Archontis, quem Judicem interpretatur Hieronymus. Annus iste porro ad Abraami mcccxi. applicatur. Verum ab anno sequente, nempe mcccxi. primum annum orditur Olympiadis prima. Natalem Christi conjicit idem in annum Abraami mxxv. ad quem adscriptus est annus III. Olympiadis cxciv. Sed jam alibi demonstratum est, Eusebium annos civiles ordiri ab Autumno, unde Graecorum, hoc est Syromacedonum anni procedunt: proindeque Olympiadicis agones in finem anni cadere. Quod ex anno Dominicae Passionis evidentissime colligitur: quem cum Eusebius ex Phlegonte notet quartum esse Olymp. cxi. ad eum tamen, annum dumtaxat tertium Olympiadicis apposuit. Videlicet quod labentem, aetateque majori jam ex parte civili anno, agones Olympici committerentur. Ideo ab eo anno, qui adscriptam Olympiadem proximae praecedit, annorum inchoanda supputatio est. Illud praeterea statuumus, annum primum Eusebianum in Per. Jul. esse 2697. ab Autumno, & ex methodo addenda 2696. ut habeas ineuntem annum Eusebianum ab Autumno. Quocirca ad mcccxi. adjice 2696. confurgent 3937. quo ab Autumno iniiit primus Iphiti Eusebianus ad Syromacedonum epocham accommodatus. Adde & ad annum 2015. annos 2696. confert annus 4711. cujus ab Autumno cepit annus Olympiadis cxciv. tertius, cui

Natalem tribuit. Sed incertum quo mense, ac die. Si, quod verisimile est, veterem illam sententiam esse amplexus, quam Epiphanius, ac ceteri tenuerunt; nimirum vi. Januarii natalem incidisse: quoniam anno Per. Jul. 4712. ineunte natus est Christus; erunt ab eo Solstitio, quo primus agon Iphiti cepit ex Eusebii mente, ad natalem Domini, anni dumtaxat 773. cum tribus, quatuorve mensibus. Sin ab epocha anni civilis ordiare, hoc est ab Autumno anni 3937. interjecti erunt anni 774. cum mensibus circiter tribus.

Idem Olympiadem anno principium Joannes Lucidus assignat, libro de vero die Passionis, cap. vii. cujus haec verba sunt: *Anni autem Olympiadum apud Graecos incipiunt ab aequinoctio autumnali: quod probatur ratione simul & auctoritate. Nam eo anni tempore initium habent ipsi anni Olympiadum, quo annus ipse apud Graecos habet exordium, &c.* Mox vero: *Sed apud Graecos anni principium est in aequinoctio autumnali, vel prope ipsum aequinoctium. Denique: In fine, inquit, anni Graecorum, scilicet in mense Septembri, fiebat mensium intercalatio, ut refert Glaucippus: & tunc fiebat agon Gymnicus. Et agone gymnico peracto in fine aetatis, incipiente mox autumno, erat eis principium anni simul & Olympiadum.* Haec indigna sunt, quae diligentius refutentur. Nam satis sua fe salitate convincunt. Verumtamen quos hominis non inerediti, & ut captus erat atatis illius, satis accurati Chronologi, sensus existerit, ex iis cognoscimus. Quippe non, ut Eusebius, annum Olympiadicum ab autumno, qui agonem antecessit; sed ab eo, qui proximae fecutus est, inchoandum credit. Idem in libro de Emendatione Temporum, in Tabulis Annalibus, Olympiadem primam adscribit ad annum qui est ante Christum septingentesimus septuagesimus quintus, mundi 3186. Natalem vero Christi refert in annum quartum Olympiadis cxciv. tribus mensibus inchoatum. Non alius hic est, quam vulgaris natalis anno congruens 4713. Igitur annis Iphiti 775. cum tribus mensibus elapsis, natus est Dominus.

De Socrate abunde supra disputatum est; qui Olympiadas biennio, vel triennio nonnumquam antevertit; aliis veram epocham moratur.

Sed de Olympiadem Iphitearum epocha nimis multa. Claudamus hanc disputacionem, & subducta summa, constituamus annum primum Iphiti a solstitio aetivo ineuntem cadere in annum Periodi Julianae 3938. cyclo Lunae v. Solis xviii. Neomenia primi mensis incurrit in ix. Julii. Ergo coeptus agon die xix. Julii. Nam ab xi. die Lunae ad xv. quinque dierum spatium committentur: ut auctor est Pindari Scholiastes ad illa verba Olymp. v. *αἰθρῶν πη περὶ τριμῆσιν αἰθρῶν*: & Tzetzes Comm. ad Lycophronem. Die porro xvi. iudicium de victoribus instituebatur, eodem illo teste Scholiaste. Fuit annus ille mundi 3208. a Diluvio, 1552. ab Abraamo 1260. ab Exodo 756. a Medorum initio, centum fere annis interjectis: regnante apud Judaeos Azaria, anno ejus circiter xxxiv. Apud Eusebium in Chronico primus agon Olympicus ponitur anno Aeschylus secundo, Azariae xl. ix. vel l. ea ratione, quam paullo ante declaravimus. Ubi haec Eusebius adnotavit. *Hunc (Olympiadem) Africanus temporibus Joatham regis Hebraeorum fuisse scribit. Nostra quoque supputatio iisdem temporibus eam exhibuit. Non scripsit Africanus agonem ipsum sub Joatham rege fuisse celebratum; sed dumtaxat; Archontem illum perpetuum, sub quo prima Olympias instaurata fuit, nempe Aeschylum, Joatham regnante magistratum gessisse. Praesuit enim iste annis xxxiii. & xlvi. anno Azariae iniiit. Ita quinque annos reliquos Azariae totidem suis prioribus explevit: xviii. vero alios, ultra Joatham decimum sextum, ad Achazi secundum perduxit, ex Eusebianis calculis. Africani verba: Aeschylus Agamemstoris F. apud Athenienses obtinuit principatum annis viginti tribus, qua aetate Joatham regnabat in Jerusalem. Cum expressis non dicat, primam Olympiadem sub Joatham decurrisse; Eusebius tamen id ita ratiocinando colligit: Quoniam Archonte Aeschylus & agone primum Iphiti celebratus est, & quadriennium primum Olympicum evolutum est; Aeschylus porro aetate Joatham*

Lucidi sententia minime probabitur.

Summa disputacionis totius.

\* Ceterum pag. 268. scribit Olympiadas abrogatas esse anno xvi. & ultimo Theodosii & in eorum locum Inducciones cessasse, Paganis.

tham magistratum obtinuit, consequens est, & repetamus animo, quod, prater paucos, auctores omnes amplexi sunt; caput Olympiadum, sive Iphiteorum annorum, esse annum septingentesimum septuagesimum sextum ante Natalem Christi communem. quem nos annum ostendimus cadere in Julianæ Periodi 3938. annum. Ita primus Romæ conditæ annus, cum ex Varrone incidat in annum exeuntem Olympiadis sextæ tertium, sive Iphiti xxxiii. erit Periodi Julianæ 3961. Hoc posito demonstramus ex Polybii sententia Olympiadas communi & usitato ordine decurrere.

CAPUT XLVII.

De tribus Olympiadibus ab Elidenfibis è catalogo detractis: de quibus expenditur nova eruditi Chronologi sententia, qui à Polybio illius metachronismi rationem haberi credidit. quod ipsum refutatur, & Olympiadum communis epocha defenditur. Illustratur Polybii ac Livii historica quadam.

PAUSANIAS in Eliacis, & Diodorus referunt ex Olympiadum catalogo tres expunctas ab Elidenfibis fuisse: quas & ἀνολεπούσας vocarunt. nimirum vii. i. & xxxiv. & civ. quod priores duæ à Pisis: tertia ab Arcadibus per vim usurpata, administrataque essent. Ex quo non contemnenda oritur questio; num ea res in Olympiadum putationem perturbationis aliquid iniecerit. Duodecim quippe discrimen annorum incidere potuit, si quam alii, verbi causa, centesimam decimam quartam vulgò numerabant: alii nonnisi centesimam & undecimam haberent.

Eruditus ille Chronologus, qui nova, vera, & exacta Chronologia capita edere se professus est: & ad verius revidens, & inveteratas ἀρχαίολογίας multa docuit: inter nova hujus generis inventa cap. xcxi. commemorat: duodecim annis tardius à quibusdam Scriptoribus Olympiadum epocham putari, imprimis autem à Polybio, quem tamen subjicit de duodecim annorum μεταγενεσιμῶ ἰλλο triennium dempsisse, ut novem dumtaxat annis tardius, quàm communis fert opinio, Olympiadas numeret; triennio verò, quàm Elidenfes. Quo ex fonte plurima in rationem temporum nova, & hætenus inaudita derivavit. Velut est imprimis illud: aram ab Alexandri morte deductam duodecim annis, quàm is obierit, inchoatam fuisse. Tum Romanorum Annales post Neronis mortem indidem corruptos esse: & id genus alia, quæ suis locis pertractavimus. Quod ad præsentem questionem attinet; nos uno verbo respondemus; tametsi ab Elidenfibis tres ille sublatæ sint Olympiades, nihilominus apud Historicos & Scriptorum, qui quidem existant, nullum mutilationis illius exstare vestigium. quin potius universos, qui earum mentionem fecerint, communem Olympiadum ordinem, ac numerum expressisse. Atque ut ab eo potissimum ordiar, qui in exemplum adducitur. Polybius certe non aliter Olympiadas computavit, quàm

vulgaris ratio postulat. Hoc ut animadvertere possimus, repetamus animo, quod, prater paucos, auctores omnes amplexi sunt; caput Olympiadum, sive Iphiteorum annorum, esse annum septingentesimum septuagesimum sextum ante Natalem Christi communem. quem nos annum ostendimus cadere in Julianæ Periodi 3938. annum. Ita primus Romæ conditæ annus, cum ex Varrone incidat in annum exeuntem Olympiadis sextæ tertium, sive Iphiti xxxiii. erit Periodi Julianæ 3961. Hoc posito demonstramus ex Polybii sententia Olympiadas communi & usitato ordine decurrere.

Historia suæ primordia capere se proficitur nobilis ille Scriptor ab anno primo Olympiadis cxi. quo bellum Punicum secundum iniiit: quo anno Consul fuit L. Æmilius; siquæ in Consulatu ad res in Illyrico gerendas profectus est. Lege Romanos annales: invenies anno ab U. C. dxxxv. Varroniano Consul fuisse M. Livium, & L. Æmilium: quorum ille cum Illyriis & eorum rege Demetrio conflixit; Dimaium expugnavit & Pharon. Atqui annus urbis dxxxv. cepit anno Iphiti 557. sive primo Olympiadis cxi. Si Elidenfium more Polybii Olympiadas putaret; non centesima quadragesima, sed centesima tricesima septima numerari illa deberet.

Rursum idem auctor libro v. memorabiles duas pugnas incidisse scribit in annum tertium Olympiadis centesimæ quadragesimæ; nempe Romanorum cum Carthaginiensibus in Etruria ad Trasumenum lacum: & Antiochi cum Ptolemæo ad Raphiam pro Cælestyria. Utramque verno tempore contigisse memorat. Eodem Olympiadis anno currente, Luna defecit, quæ occasione Galli, quos ex Europa Attalus in auxilium adfecerat, peregere ultra Noruro.

Annus cladis ad Trasumenum acceptæ est ab U. C. 537. Cn. Servilio, C. Flamínio Coss. Periodi Julianæ 4497. ante Christum, 217. quo quidem anno desit tertius Olymp. cxi. Anno autem antecedente ingens Luna deliquium accidit Septembr. 1. hora post mediam noctem 18, 34'. occidente Sole in Asia minore, sive Mysia, ubi conspecta est eclipsis. Hujus initium hora 4, 47'. post meridiem tempore apparenti finis hora 8, 21'. Duratio ejusdem, horarum 3, 34'. Fuitque digitorum ferè 18, 40'. Tota igitur obscurari cepit sub horam 5, 50', 11'. à meridie, & in umbra delinuit hor. 1, 27'. Emergit enim hora post meridiem 7, 57'. post occasum Solem, hora 1, 24'. Sol enim in Mysia occidit hora post meridiem 6, 33'. cum in Virginis gradu 5. reperit. qui tum verus Solis locus exstitit. Desit eclipsis hora 8, 20', 36'. à meridie. Quare horrenda fuit illa defectio; & à Barbaris in religionem merito versa. Præclare itaque quadrat communis Olympiadum putatio ad Polybianam historiam.

Præterea libro I. pag. 5. scribit Polybius Romanos ad rem nauticam animum adijcere cepisse, classemque comparasse Olympiade cxxix. Coss. L. Valerio, & T. Octavio, ut ipse pag. 20. testatur. Hic est annus Urbis ex Varrone 493. Periodi Julianæ 4453. quo desit annus tertius Olympiadis illius, & quartus incepit. Rectè igitur ad Polybianos calculos communis Olympiadum epilogismus congruit.

Item libro II. Ptolemæum Lagi F. Seleucum; nec non Lyfimachum, & Ptolemæum Ceraunum obisse scribit Olympiade cxxix. quod sanè verum est. Nam Seleucus regnavit annis xxxi. Cæpit autem anno Periodi Julianæ 4402. duodecimo post obitum Alexandri. Ergo desit circa annum Periodi Julianæ 4433. quo iniiit annus quartus Olympiadis cxxix. Ptolemæus verò Lagi F. regno se abdicavit anno Periodi Julianæ 4429. quo Urbis conditæ cepit annus 469. Olympiadis verò cxxiiii. quartus. Sed idem aliquanto post tempore superstes fuit: ut ad Epiphanii librum de Mens. & Pond. ostendimus. Ideo mortuus est Olympiade cxxix.

Quintò Polybius idem libro II. scribit Seleucum Seleuci Callinici F. (ita enim vertendum; non ut Casaubonus, Callinici nepotem) cognomento Pogonem, obisse circa Olympiadem cxxix. eademque Olympiade deceffisse Ptolemæum patrem Philopatoris. Et quidem revera Seleucus Ceraunus Callinici F. Antiochi magni frater obiit circa annum Græcorum nonagesimum;

gesimum; Periodi Julianæ 4491. quo cepit annus secundus Olympiadis cxxix. eique successit Antiochus M. ut Polybius refert. Sic Ptolemæus Evergetes obiit anno 4492. vel in eunte 4493. circa annum tertium ejusdem Olympiadis. Sextò & postremò, Polybius initio libri tertii ab exordio rerum gestarum, quas historia sua complexus est; hoc est ab anno I. Olymp. cxi. & Coss. Æmilio, & M. Livio ad exitum; hoc est ad Persei Macedonumque cladem, annos numerat 53. quæ sunt Olympiades 13. Itaque victus est Perseus circa Olympiadem cxi. Est autem is annus Urbis 586. qui incidit in Per. Jul. annum 4546. quo iniiit annus I. Olymp. 153. Rectè igitur cum Romanis & vulgaribus Fastis Polybius consentit.

Quis igitur tot argumentis exemplisque convictus non fateatur Polybium in Olympiadibus putandis nihil ab nostra, & usitata ratione didicere; sed eam potius firmissimè stabilire? aut quis illum sibi persuadeat duodecim annis solidis; vel novem saltem, communem epocham morari?

Quòd si unus alterve locus in Polybiana historia deprehendatur, qui paullulum à nostro calculo discrepet; compendandus iserit cum pluribus iis, certioribusque testimoniis. neque propterea novam illam, & abhorrentem in sententiam invitus erit cogendus Historicus. Nam vel errore librariorum, vel auctoris ipsius, ut sit interdum, hallucinatione, vel Collectoris incuria potuit id obrepere. Adde nequaquam ex variantibus illis testimoniis effici potest, quod Olympiadum tertium; aut etiam annorum novem; sed longe pauciorum. Atque omnibus ritè subductis, unus est tantummodò locus, quem nos animadvertimus, in quo à recepto Olympiadum calculo diffidere videtur. nimirum primo libro: ubi circa Olympiadem cxxiv. Pyrrhum refert in Italiam trajecisse. Quod falsum est. Nam Pyrrhi ἀγέρας confertur in annum U. C. 474. Periodi Julianæ 4414. quo cepit annus primus Olympiadis cxx. Discrimen est Olympiadum quinque. Ideo fortasse legendum apud Polybium, πύρρος ἦν τὸ πύρρον ἀγέρας ἐπὶ τῶν ἰταλιῶν. pro πύρρος. Nisi forte minus subtili temporum ratione, præter propter adventum in Italiam Pyrrhi contigisse ista scripserit, quòd illustris hæc esset expeditio: qua annis circiter sexdecim posterius id erat, quod memoria probebat.

At vir ille doctus quatuor ex Polybio testimonia profert; quibus novem annis saltem Olympiadum epocham tardius ab illo constitutum esse defendit. Primum est illud ipsum, quod ordine tertium paulò ante commemoravimus: de tempore parate ab Romanis classis. Hoc enim revera incidit in annum ante Christianam æram 264. Polybium tamen asserit in ducentesimo quinqueagesimo quinto ante Christum referre. Quod quidem non video qua ratione colligat. Nam annus Periodi Julianæ 4453. in quem L. Valerius, & T. Octavii Coss. incidunt; est annus ante Christum 260. At primus Olympiadis cxxix. convenit anno 4450. qui est 264. ante Christum. Neque verò Polybius in Olympiadis istius primum annum Romanorum navalem illum apparatus contulit; quod ille credit; sed absolute, πύρρος τὸ ἐπὶ τῶν ἰταλιῶν πύρρος ἦν τὸ πύρρον ἀγέρας ἐπὶ τῶν ἰταλιῶν. circa centesimam ac vicesimam nonam Olympiadem. Postremò ut id demus, quod ille argumentatione sua pugnat; non novem, sed quatuor ad summum annorum discrimen oriatur. quod minime necesse est.

Alter locus est ex libro II. ubi Polybius ab urbe capta, & à Gallis Brenno duce concremata ad Lucium Consulem ab istdem Gallis occisum, eique suffectum Manium, annis octo minus numerat, quam Fasti vulgares. Verum neque id aperte ac citra dubitationem ex historici narratione potest confici; & quamvis id concedatur ultro; cum πύρρος dumtaxat annorum illic percurrat ordinem; accuratum eorum calculum impudè contempnit. Narrat Polybius Gallos post annos triginta quam Romam occuparunt, iterum Albam usque progressos. Inde anno duodecimo iterum vi magna eos invasisse: sed objecto terrore dilapsos, tredecim annis quiescisse: postea vero pacem cum illis etiam fecisse. Hanc cum annis triginta coluissent; demum in Etruriam, finisque Romanos cum gentilibus suis irrupisse. unde cum ingenti præda in patriam reversi, conflata ob cupiditatem prædæ domestica fedi-

tionem, propemodum universi conciderunt. Quarto deinde anno rursus in agrum Clusinum impressione facta Romanos magna pugna superarunt. Sed mox vicissim clade affecti, domumque reversi, decem annis elapsis, novam expeditionem egerunt, & ad Arretium castris Romanorum copiis Lucium Coss. interfecerunt: cui Manius suffectus est. Horum omnium intervallorum anni in unam summam redacti nonaginta novem conficiunt. Porro capta à Gallis Urbis est Varronianus 364. Periodi Julianæ 4324. quibus si 99. adjicias, confiet annus urbis 463. Periodi Julianæ 4423. Atqui annus ille, quo Lucius Coss. à Gallis occiditur, est Urbis 471. Octò igitur annis minus putat Polybius, quàm vulgares annales. Sed, quòd paulò antea dixi, non dubium est, quin inter annorum intervalla, summasque particulares, anni aliquot à Polybio neglecti sint. Exempli causa, post annos triginta solidos ab Urbe capta, annum unum, alterumve populationi, & excursioni imputare licet. quibus elapsis, cum in patriam redissent, duodecimo deinde, quàm reversi erant, anno rursus expeditionem adornarunt. Item post pacem factisque triginta annorum, nonnihil temporis partim ad novæ incurfionis apparatus; partim ad grassationem, hoc est ad Etruriam, aliasque provincias peragrandas, & hostiliter populandas, potest eximi. Adde post reversionem civili ac domestico bello dandum aliquid videri temporis: cujus exitus gentis propemodum interitio fuit. Ab hac vero penultimum annorum quatuor intervallum progreditur. Sic igitur prudenter insertis aliquot annis, Polybium cum historia, & communi Chronologia facile componemus.

Tertius Polybii locus est à libro II. Demetrium enim Macedonia regem obisse refert circa annum Romanorum in Illyriam expeditionem. quæ quidem anno ab Urbe condita dxxx. contigit: à quo ad Persei elado anni sunt lx. Atqui Chronicon Eusebii à morte Demetrii ad Perseum vicium annos interfectos habet lxxviii. Respondemus Polybium tempus obitus Demetrii non præcisè definisse, sed περίεργον, ut mos est, ἀπὸ τῶν πρώτων ἀγέρας ἐπὶ τῶν ἰταλιῶν ἀγέρας, circa primam Romanorum in Illyriam trajectionem. Deinde non propterea de Olympiadum μεταγενεσιμῶ rem esse confectam. Est enim Scriptorum inter opinionum plerumque varietas, quæ nihil communi ac receptæ Chronologia præjudicare potest. Ita licet duarum Olympiadum intervallo tardius Demetrii obitum Polybius in historia sua posuerit, quàm Eusebius; non itam aliter Olympiadas illum putasse esse.

Postremus locus est à fragmento xlvi. Ibi Legatos Romanorum Clitorem in Arcadia venisse scribit in concilium Achæorum, Olympiade cxlviii. Tum in fragmento sequenti, & antecedenti significat Appium legationis illius principem fuisse, qui in Macedoniam ad Philippum missus est. quo tempore crudele illud facinus à Philippo designatum est, ut Maronitis cruciaret: quod ab Æno, & Maronea detrahere præsidia iustus esset. Postea Olympiadis ejusdem anno secundo Eumenis & complurium gentium legatis Romæ Senatus est datus: ut Polybius in fragment. li. testatur. unde constat anno primo Olymp. cxlviii. Lycortam Legatis Romanorum, quorum princeps Appius fuit, concilium Achæorum dedisse. Atqui Livius libro ix. Dec. iv. auctor est Coss. P. Claudio Pulcro, & L. Porcio, hoc est anno Varronianum dlxx. Appium legatum in Græciam venisse. ubi eadem ab Livio ferè prodita memoria sunt, quæ apud Polybium leguntur. Proinde primus annus Olympiadis cxlviii. est Urbis conditæ dlxx. Ex hac Polybii narratione; ut quidem rectè ordinatam velimus; nihil ad summum aliud efficeretur, nisi quatuor annorum μεταγενεσιμῶ. Annus primus Olympiadis cxlviii. sive Iphiti dlxxxix. iniiit anno Periodi Julianæ 4526. de quo deductis 3960. reliquus est annus Urbis Varronianus dlxxvi. At residuus esse deberet dlxx. De tribus Olympiadibus, aut etiam annis octò, neque quicquam promoveretur, neque concludi ullo pacto potest. Sed ne quadriennii quidem ullus error est: & cum Livio ac rei veritate Polybio perbellè convenit. Non enim δὲ πύρρος ἦν τῶν, cujus in fragmento li. Polybius meminuit, annus est Olympiadis cxlviii. de quo in Excerpto xlvi. mentionem fecerat. Sed est annus secundus Olympiadis